

## IX. Probl. Theoricum.

An motus stellarum in longitudinem &  
latitudinem pro duplici motu sit habendus?

Ratio dubitandi pregnantissima est, quia utriusq; motus  
graduntur peculiares theoriae & calculi. Nam sicut se res habet  
in cognosci, ita & in esse; dicat aliquis, neg<sup>r</sup> id male. Non itaq;  
sunt nulli, quibus isti duo motus sunt inter se ipsa distincti. Con-  
tra verò quidam statuunt unicum esse motum, longitudinis scil,  
cui tamen semper adhæreat sua latitudo, propter obliquum tra-  
nitem, quo Planeta secat Eclipticam, ita ut in punctis interse-  
ctionum, diametraliter oppositis, qui nodi vocantur, nulla sit la-  
titudo, loca autem quadrante tenus à nodis remota, sint limites  
maximarum latitudinum: non secus atq; Ecliptica obliquè se-  
cat Äquatorem, ita ut declinationes sensim crescant vel de-  
crescant, donec in intersectionibus sint nullae, circa regionas verò  
maximæ.

Veruntamen cum nodi illi cum suis limitibus non sint fixi,  
& præterea angulus obliquitatis sit variabilis, modo major, mo-  
do minor; necesse est remedio distinctionis succurrere. Quatenus  
igitur simpliciter spectatur deflexio ab Ecliptica, motus latitudi-  
nis non est distinctus motus à motu longitudinis, sed hunc ut pro-  
pria affectio comitatur: quatenus autem deflexio cum suis nodis  
& limitibus ambulatoria est in Zod. & secundum quantitatem  
variabilis, eatenus est distinctus motus; si non ratione ipsius stel-  
lae, certè ratione terminorum. Quemadmodum latitudo fixarum  
proficiuntur non ab obliquitate via sue, sed à mutata  
seu variata obliquitate Ecliptica ad  
Äquatorem.

## X. Pro-